

NOTAS DISPERSAS SOBRE EL CULTO A LAS RELIQUIAS DE ALGUNOS PATRONOS

Los protocolos notariales barceloneses ofrecen una variedad de noticias sobre reliquias y culto a algunos santos patronos de Barcelona, que dimos a conocer con motivo de las Jornadas de Estudio y Glorificación de los Santos de Barcelona celebradas en mayo de 1958, y empezamos a publicar ahora.

SAN CUCUFATE

Una acta notarial de 18 de julio de 1489, da noticia de como ante el altar mayor de la iglesia colegiata de Santa Ana de Barcelona el vicario general, Juan Andrés Sorts, el arcediano mayor Luis Dez Pla y otros canónigos de nuestro templo catedralicio hicieron formal entrega a los monjes, representantes del monasterio de Sant Cugat del Vallés de los sagrados cuerpos de los santos Cucufate, santas Juliana y Semproniana, santos Emeterio y Cándido, santa Fe y otras reliquias, entre ellas, las de los santos apóstoles Simón y Judas, y una caja de ornamentos.

Entre los asistentes a la ceremonia figuraban el infante Enrique de Aragón, los nobles Juan Ramón Folch de Cardona, Pedro de Aragón, Berenguer de Requesens, Fernando de Rebolledo, caballeros, ciudadanos y notables personas (doc. 1).

En el libro tercero de determinaciones del monasterio de Sant Cugat del Vallés, códice malogradamente desaparecido, aparecían parcialmente transcritas algunas actas, entre ellas, la de la deliberación de 6 de enero de 1628, en la que se consigna que después de celebrada la misa mayor, el abad, monjes y novicios se dirigieron procesionalmente a la parte posterior del altar mayor donde estaba el sagrario y levantando una puerta apareció una cajita de plata de seis palmos y tres cuartos de largo bellamente cincelada con la escena del martirio de san Cucufate.

Mientras cuatro monjes sacerdotes sacaban la citada arca, los

demás religiosos entonaban el himno *Deus tuorum militum*; la colocaron sobre el altar mayor, y después, el vicario general recitó la oración del santo.

Entre las cuatro y las cinco de la tarde, del mismo día, entraba por el portal del atrio del mismo templo, una compañía de soldados y la procesión de la parroquia de Sant Cugat de Barcelona, expresamente llegada para llevarse una reliquia del cuerpo de tan glorioso santo, devota comitiva recibida por los religiosos con cruz alta, penetrando aquéllos en el templo, cantando el susodicho himno, y al llegar al altar mayor, recitóse un versículo y la oración a san Cucufate. Toda la noche practicóse vela, turnándose los religiosos cada dos horas.

El viernes siguiente, a las cuatro de la madrugada, rezáronse Maitines, entonándose el *Te Deum Laudamus* y *Benedictus*, así como *Prima* y las demás horas canónicas, asimismo cantadas, durante la celebración de la misa conventual rezada; y, más tarde, entre las ocho y las nueve celebróse la misa del Santo con mucha solemnidad.

Una vez terminado el santo sacrificio, el abad, revestido de pontifical, dirigióse al altar mayor e inmediatamente cuatro religiosos sacerdotes bajaron la caja, la cual una vez abierta, vióse contenía unas sagradas reliquias cubiertas con tafetán carmesí, y un pergamino calendado del día de la solemnidad de San Pablo apóstol de 1256, en tiempo del abad Pedro de Torrella, documento acreditativo de la existencia de las reliquias de los santos Cucufate, Severo e Hilario, de las santas Vírgenes Juliana y Semproniana y de innumerables reliquias de santos mártires.

La citada arca contenía además, muchos saquitos con reliquias, dos cajas, una de mimbre y otra de sarga, con los cuerpos de las santas Juliana y Semproniana, mientras que en la caja de madera aparecían dos almohadas con sendos cuerpos de los santos Severo y Cucufate. Del de éste fué sacada una canilla descabezada en un extremo, de dos palmos de largo, y otro hueso de un cuarto y medio de longitud, del que se hizo entrega al párroco y obreros de la parroquia barcelonesa de Sant Cugat del Rec.

Inmediatamente después de colocadas ambas reliquias en una cajita de plata cerrada con tres llaves, organizóse la procesión, encabezada por la aludida compañía de soldados, disparándose

salvas, en señal de gala, y seguida del clero y monjes, mientras cuatro capellanes con sus estolas colocaban tan sagradas reliquias en un tabernáculo. El palio iba precedido de muchas antorchas y la Vera Cruz. El abad y religiosos oficiantes acompañaron a la comitiva procesional hasta el paraje denominado *Pi del Cos*, regresando luego a su monasterio, y a su llegada devolvieron la caja, de la que fué sacada la reliquia y cerrándola con mucha diligencia la trasladaron al altar mayor, en el lugar donde antes estaba, rezándose la misma oración de cuando se extrajo y entonando de nuevo el himno *Deus tuorum militum* (doc. 2).

El acta de la declaración jurada prestada por dos monjes, transcribe un fragmento de la oración de la sexta lección de los Maitines de san Cucufate, testificando, además, la conmemoración de la invención del sagrado cuerpo de tan glorioso mártir. En el mismo manual del notario José Ferrán se transcriben otros textos de la misa y oficio de la «*Inventio sancti Cucuphatis*» y unas oraciones dedicadas a san Severo (doc. 3).

JOSÉ M.^a MADURELL Y MARIMÓN

I

Acta de la entrega de los cuerpos de san Cucufate, de las santas Juliana y Semproniana, de los santos Emeterio y Cándido, y santa Fe, y otras reliquias y ornamentos, efectuada ante el altar mayor de la iglesia de Santa Ana, de Barcelona.

Dicta die sabbati, xviii.^a iulii anno predicto m^o cccc^o lxxxviii.

Sit omnibus notum. Quod in presencia illustrissimi domini infantis Enrici Aragonum et Sicilie, ducis Sogurbi, comite Emporiarum, etc.; Johannis Raymundi Folch, comitis Cardone; Johannis Ros, Johannis Berengarii d'Aguilar, Nicholay Bret, Iacobi Mas et Berengarii Palau, hoc anno consiliariorum civitatis Barchinone; Petri d'Arago, Berengarii de Requesens, Ferdinandi de Rebolledo, nobilium, et nonnullorum aliorum nobilium militum et civium et aliarum notabilium personarum, ante altare maius ecclesie s. Anne Barchin. personaliter inventorum, fuit firmata apocha reverendis dominis Iohanni Andree Sorts, vicario reverendi domini episcopi Barchinone; Ludovico de Plano, archidiacono maiori; Ferrario Nicholai de Gualbis, archidiacono Vallensis; Ludovico Servent, Martino Iohanni de Foxa, Garpari Peyro, Berengario Vila, Petro Camps, Francisco del Mila, Benedicto Michaeli, An-

thonio Orts, Guillermo Ferrer, Petro de Vineis et Bernardo Gomis, canonicis dicte ecclesie capitulum facientibus, etc., per venerabiles et religiosos fratres Petrum dez Soler, operarium et vicarium; fratrem Petrum Alenya, priorem maiorem, fratrem Petrum Vilossa, infirmarium, fratrem Geraldum Raymundum Strader, fratrem Franciscum Sbert, fratrem Bernardum Armengol, fratrem Raymundum de Vilanova, fratrem Petrum Fonolleda, fratrem Iohannem Amat, fratrem Iohannem de Vilalba, camerarium, monachos Sancti Cucupahtis Valensis ibidem existentes, de corporibus sanctorum et sanctarum sequencium, scilicet:

De corpore sancti Cucuphatis et corporibus sanctarum Iuliane et Semproniane, que recondita sunt in quadam teca argentea cuuro decorata.

Item de corporibus sancti Emitterii et sancti Candidi, que recondita sunt in quadam teca lignea pincta et deorata.

Item de corpore sancte Fidis virginis, quod reconditum est in quadam alia teca. Et de quadam alia teca in qua sunt nonnullae reliquie, et signanter Simonis et Iude apostolorum. Et de quadam alia teca cum nonnullis apparamentis et ornamentis dicte ecclesie monasterii Sancti Cucuphatis.

AHPB (= Archivo Histórico de Protocolos de Barcelona). Dalmacio Ginebret, leg. man. 24, años 1489-1490.

2

Acta del hallazgo de una cajita bellamente cincelada con la escena del martirio de san Cucufate y de la entrega de una reliquia de este santo a la parroquia de San Cugat, de Barcelona, transcrita en el libro de determinaciones del monasterio de San Cugat.

Die sexta januarii millesimo sexcentesimo vigesimo octavo.

Després de haver dita la missa major, lo senyor abat, frà Miquel Salaverdenya, pabordre de Palau; frà don Francisco Pons, prior de claustro; frà Francesch Terré, pabordre major, frà Gaspar Planella, dispenser major, frà Joan Batista de Castellarnau, rectorer; frà don Jaume Meca, obrer; frà Joseph Planella, pabordre de Panadés; don Ramon Pons, infermer; frà Joseph Amat y de Olorda, frà Miquel Soler, beneficiat de sant Anthoni; frà Anton Magarola, camarer; frà don Francisco Ivorra, beneficiat de Nostra Senyora y frà Salvador Morell, tots professors. Novicis eren: frà don Miquel Calders, frà don Gispert Amat, frà Joseph Masnovell, fra Joseph Copons, frà don Joseph Meca, frà don Joseph Çaportella, frà Lluís Calders y frà Gaspar Garau, los quals junts en forma de proffesó entraren detràs del altar major ahont stà lo secrari, y mossèn Pere Trelles, notari de Barcelona, llevà acta, com dessobre lo secrari se llevà una porta detràs de la qual stava una caixa de plata de llargaria de sis palms y tres quarts, y en ella stava

sculpit lo martiri de sant Cugat, la qual caixa tragueren quatre monjos sacerdots y los demás cantant lo himne: *Deus tuorum militum*, la posaren sobre lo altar major y après lo vicari general digué la oració de Sant Cugat.

Lo mateix dia, entre quatre y sinch après de haver dinat entrà per lo portal de la llongeta, una companya de soldats. Y immediatament arribà la professó de la parròquia de sant Cugat de Barcelona, que venia a efecte de portarsen relíquia del cos de dit sant, la qual reberen los demunt dits religiosos ab creu alta, y entraren a la iglesia cantant lo himne: *Deus tuorum militum*; y sent en lo altar major, se digué un verset y après la oració de sant Cugat.

Tota la nit se vetllà, mudant de dos en dos horas dos religiosos.

Lo divendres a las quatre de la matinada, se digueren Matinas resades y lo *Te Deum laudamus* y *Benedictus*, cantat, *Prima*, y las demás horas se digueren cantades, y mentres se deyan, se digué la missa conventual resada.

Entre vuyt y nou, se digué la missa del sant, ab molta solemnitat, y acabada, lo senyor abat se vestí de pontifical y anà a l'altar major, y immediatament quatre religiosos sacerdots baixaren la caixa del altar y la posaren demunt de un bofetillo, la que se obrí per un fuster, y dintre se trobaren les reliquies cubertes de un tafetà carmesí que tenia tota la caixa y demunt de ell, un pergamí que contenia lo següent...

AHPB, José Ferrán, leg. 1, man. año 1718, f. 318 v.º

3

Textos para la misa y oficio de san Cucufate transcritos en los manuales notariales que se anotarán.

Inventione sancti Cucuphatis

MISSA

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus qui sacra beati martyris Cucuphatis membra fidelibus tuis hodierna die revellare voluisti; concede, ut intercessione eius auxilio, nos ab instantibus tribulationibus liberari et futuris consolationibus mereamur sociari.

In commemoratione sancti Severi, episcopi et martyris.

Ora pro nobis ad Dominum martyr Dei, etc.

Propitiare quesumus, Domine, nobis famulis tuis sancti martyris tui Severi atque pontificis, qui in presenti requiescit ecclesia, merita gloriosa, ut eius pia intercessione ab omnibus semper protegatur adversis. Per Christum Dominum nostrum.

Et predicta omnia et singula...

AHPB, José Ferrán, leg. 1, man. año 1718, ff. 334-336.

Pro missa sancti Severi, collecta.

Propitiare quesumus, Domine, nobis famulis tuis per huius sancti martyris tui Severi atque pontificis, qui in presenti requiescit ecclesia, merita gloriosa, ut eius pia intercessione ab omnibus semper protegatur adversis. Per Christum.

Et predictam collectam...

AHPB, José Ferrán, leg. 1, man. año 1718, ff. 336 v°-338 v°.

Breviarium monasticum secundum ritum et morem Congregationis Casinensis, aliter sancte Iustine diligentissime revisum, correctum ac emendatum feliciter explicit. Vaenetiis apud Heredes Luce Anthonii iuncta Florentini accuratissime impresum anno a Nativitate Domini quingentesimo quadragésimo secundo supra millesimum, mense februario.

Et in principio eiusdem breviarii monastici reperiuntur consueti duo codices papyri littera antiqua manuscripti continentes aliquas orationes, tabulam mensium anni et suorum dierum continuatorum, cum numeratione chalendis pridie, nonas et idus, et in tabula mensis aprilis adinvenitur continuatum sequens:

«Pridie chalendis. Inventio Corporis sancti Cucuphatis. Si venerit hoc festum in feria V post Pascha vel in alia die de octavis, fiat totum de festo et solum commemoratio de octavis.

Si autem venerit in Dominica Octavarum Pasche vel in Dominica ultimarum Octavarum, tunc mutamus festum in crastinum, ita quod Dominica die totum dicimus de festo in vesperis et solum commemorationem dicimus de Dominica.

Si autem venerit in alia dominica, nihil facimus de Dominica, nisi tantum commemorationem in primis et secundis vesperis et in sequentibus.

Si vero venerit dictum festum in vigilia As[c]ensionis Domini, mutatur festum precedenti die, scilicet feria tertia.»

Et in tabula mensis et dierum novembris adinvenitur continuatum sequens.

«Octavo idus novembris, Severi episcopi et martyris.

Et facimus primum nocturnum de octavis et commemorationem in primis et secundis vesperis et in sequentibus.

Si venerit dominica, nihil facimus de ipsa, nisi commemorationem in primis et secundis vesperis et in sequentibus.»

Et in fine dicti Breviarii monastici impressi reperiuntur duo alii codices papyri... Et in pagina 481 dictorum codicum reperitur descriptum et continuatum Officium Inventionis sancti Cucuphatis, sub titulo lecture sequentis.

«Sequitur Officium Inventionis beatissimi Cucuphatis martyris.

Omnia dicimus ut in festo martyris eius fol. 473 preter que sequuntur, ad vespervas oratio.

Omnipotens et sempiternus Deus, qui sacra beati martyris tui Cucuphatis membra fidelibus tuis revelare voluisti hodierna die, concede ut intercessione eius auxilio nos ab instantibus tribulationibus liberari et futuris consolationibus mereamur sociari. Per.

AD MATUTINAS. *Invitatorium.*

Alleluia in sanctis gloriosus est Deus. *Psalmus.* Venite adoremus. Alleluia. *Psalmus.* Venite exultemus.

IN PRIMO NOCTURNO.

Non dicatur nisi una antiphona, nec in aliis; lectiones dicuntur de Hystoria Inventionis sancti Cucuphatis, que incipit:

Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesuchristi millesimo septuagesimo nono et a millesima centesima decima septima indictione secunda, III.^o calendas maii.

Lectio I.^a Inventio corporis beatissimi martyris Christi Cucuphatis, que facta est in cenobio ipsius, quod ab antiquis vocatus est Octavianus, distanti ab urbe Barchinone VIII miliaris, veniens quidem vir a partibus Hispanie in prefatam urbem Barchinone, homine Lazarus, cum audisset famam predicti cenobii gloriosissimi martyris Christi Cucuphatis, adiit Andream, venerabilem abbatem eiusdem loci, et cum lacrimis eius amplectens vestigia, devovit se monachum fieri predicti monasterii.

Lectio II.^a Quod primum renuens, noluit autem assensum prebere. Tandem victus lacrimis et precibus cunctorumque bonorum hominum concilio fultus, acquievit, secumque duxit in monasterium. Qui cum aliquos diebus ibi moraretur, contigit religiosissimum abbatem Rivipulensis in predicto cenobio advenire.

Prefatus vero abbas Andreas, videns iamdicti hominis assiduam humilitatem, una cum concilio fratrum et eiusdem abbatis habitum ei sancte Religionis tradidit.

Lectio III.^a Postmodum autem inter fratres humiliter consistens omnium bonorum invidus inimicus tentamentum e sue caliditatis intulit.

Peractis namque sancte Resurrectionis Dominice diebus et veniente Letaniarum die feria secunda, quod est ante Ascensionis Dominice festum, hora diei prima cum intentis precibus universi fratres pro defunctis sacrificia offerent Deo, stans predictus Lazarus ante altare sancte Dei Genetricis semperque Virginis Marie in eodem cenobio Deo consecratum, subito arreptus a diabolo cessidit.

Lectio IIII.^a Qui tremefacti fratres advenerunt ferentes secum lignum Dominice crucis, et iurantes eum per virtutem eiusdem preciosissimi ligni, ut manifestaret eis qua ex causa presumisset eum arripere, noluitque confiteri.

Hora vero eiusdem diei tertia <atque> iterum atque iterum vexatus diu permansit mutus. Vespertina vero sinaxim celebrantibus fratribus iterum arripuit eum demon.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Lectio V.^a Predicti vero fratres venerunt ad eum ferentes secum vexillum Dominice Crucis, et adiurantes eum per virtutem eiusdem ligni, cum vi magna confessi sunt se esse duo inmundissimi demones, nomen unius Zenap, alter vero dicebatur Hynt, simul etiam confessi sunt quoniam propter nimis maximam iram quam semper habebat, occasionem invenissent introeundi in eum.

Lectio VI.^a Totam vero noctem in somnium ducentes fratres atque vigilias ante venerabiles martyres Cucuphatem et Severum simul facientes assiduis precibus, Dominum rogaverunt, ut dignaretur eis subvenire.

In crastinum vero universi pro eo missa celebrantes et in magna tristitia permanentes, cum iam hora diei esset ut in capitulum more solito cuncti fratres residerent, et de eo quod accideret mente consternati secum fabularentur, subito iterum arripuerunt eum demones, ad illi consurgentes venerunt ad eum.

Lectio VII.^a Et invenientes eum clausis oculis strictisque dentibus iacentem in terra ante imaginem beate Marie intus in claustro ceperunt pro eo enixius psalmos et letanias Domino decantare, cum magna autem veneratione et cum cereis et cum turribulis et insenso et aqua benedicta adduxerunt lignum Domini ac beatissimum martyrem atque pontificem Severum simulque et alium gloriosissimum martyrem, qui ab antiquis vocatus est martyr occultus.

Lectio VIII.^a Quo ut venerunt, statim conturbati sunt demones. Et imponentes corpora sanctorum supradictorum super pectus vexati clamare ceperunt demones, quod duo montes magni starent super eos; cumque interrogarentur a fratribus, qui essent illi, demones ululando, et in porcorum similitudinem nimirum vociferando, diras voces emisserunt dicentes unus dicitur Cucuphas, alius Severus, martyr atque pontifex.

IN TERTIO NOCTURNO. *Evangelium cum homilia*, fol. 411.

Lectio X.^a Fratres autem credentes, sed contrarie illis dicentibus, qui spiritus ille mendax esset sicut et pater eius et quia corpus martyris Cucuphatis non esset ibi.

Iterum confessi sunt quoniam sanctus erat Cucuphas absque dubio cuius corpus eos torquebat; monachi vero in eadem dubietate aduc permanentes nimirumque eos acrius increpantes, iterum confessi sunt demones quod vere esset corpus gloriosissimi Cucuphatis quod super pectus hominis vexati tenebatur. Sed omnino non erat totus, quia caput in terra maiore, quod est Francia, esset humatus.

Lectio XI.^a Cumque instanti animo predicti fratres cum lacrimis et precibus Dominum exorarent, ut pro sua clementia digneretur eis ostendere virtutem gloriosissimi eius martyris; iterum clamantes demonia dixerunt: Quos unus ex eis, nomine Zenap, sanctissimus martyr Christi Cucuphas eum exire compelleret et se stare ibi non posse fatebatur, quia per ignem maximum eum exurens compelleret egredi. Et sic clamans et multum dicerpens eum atque stridens dentibus et arescens eum magno fetore dicessit, et factus est homo velut mortuus et cum a fratribus interrogaretur quare taceret et nihil responderet, manifeste confessus est quod prefatus demon, nomine Zenap, inde esset expulsus per virtutem Dei et eiusdem meritis gloriosissimi martyris corporis Cucuphatis, qui usque tunc vocabatur oculus, modo vero sine dubio manifeste patefactus.

Lectio XII.^a Tunc predicti fratres ceperunt inefabiliter gracias Deo reddere, qui per sanctum suum martyrem talia dignatus est servis suis ostendere prestita miracula.

Demum vero fratres ceperunt interrogare alium demonem, nomine Hynt, quare moram faceret ingrediendo; tum cepit clamare et dicere, non se egresurum inde nisi per reliquias sanctorum Simonis et Iude; ubi fratres cum magna veneratione illas attulissent, petiit demon ut eas illi adorare permitterentur, quas, cum adoraret, confessus est ex eis ignis ardens egredi qui eum combureret, seque ante illas stare non posse, quia Simon et Iuda apostoli Dei iam alia vice egrierant eum ex quadam femina ultra mare.

Sicque fratres predicti in precibus et lacrimis commorantes Dei virtute et precibus sanctorum apostolorum sanatus est homo, auxiliante Domino nostro Iesuchristo, qui martyrem suum suscipiens in pace, mirabilis corruscare facit, cui sit honor et gloria, virtus et potestas per indeficientia secula seculorum. Amen.

AD BENEDICTUS: *Ant.* O venerande Cucuphas, fol. 477.

AD VI.^a, *oratio.*

Deus qui Ecclesia tua gloriosi martyris tui Cucuphatis non defraudasti artus, da quesumus, et eius supplicatione fiat tibi semper devota et meritis iugiter secure consistat. Per.

AD IX, *oratio.*

Omnipotens sempiternus Deus, qui hunc diem nobis honorabilem in beati Cucuphatis martyris tui inventionem tribuisti, da quesumus Ecclesie tue in hac celebritate laetitiam, ut cuius festa amore veneramus in terris eius intercessione sublevemur in celis. Per.

Ad vespas non dicimus Responsum sed dicimus. Alleluia, Alleluia. Intrante demone Lazeri corpus, vas obtatum Cucuphatis per eum publicatur, qui prius martyr oculus a cunctis dicebatur, gratiarum actio per monachos patrat. Alleluia.»

Et predicta omnia et singula ego dictus infrascriptus notarius...

AHPB, José Ferrán, leg. 1, man. año 1718, ff. 339-347.

